GAZOPHILATIVM REGIVM PERVBICVM

OPVS SANE PVLCRVM, A PLERISQVE PETITVM, ET ab omnibus, in vniuerſum, deſideratum, non ſine magno labore, & experientia digeſtum, provideque, & accurate illuſtratum.

IN QVO

OMNES MATERIÆ SPECTANTES, AD ADMINISTRATIONEM calculationem, & conſervationem, iurium regalium Regni Peruani latiſsimè, diſcutiuntur, & plena manu pertractantur.

EDITVM

A D. GASPARE DE ESCALONA AGVERO. I. C. Argentino Peruano, ex Correctore Provintiæ de Xuaxa, ex Gubernatore Ciuitatis Caſtro-Virreynæ, ex Viſitatore Arcarum Regalium, ex Generali Procuratore Ciuitatis Cuſquenſis, omnium Peruano tractus primariæ, & Senatore Chilenſi.

DICATVM

ILL.mo D. D. PETRO EGIDIO DE ALPHARO, Equiti Iacobæo, in Regio Caſtellæ Senatu Conſiliario, & Rei Dominicæ Supremo Preſidi, &c.

Año 1675.

CVM FACVLTATE

MATRITI. Ex Typographia ANTONIJ GONZALEZ REYES.

Sumptibus GABRIELIS de LEON Bibliopolæ.

DE ADMINISTRATIONE MAIORI, ET VNIVERSALI REGII PATRIMONII SPECTANTE AD MVNVS PROREGIVM PERVBICVM.

CAPVT PRIMVM.

De varietate quam habuit in ſuis cunabulis Peruinæ Regiæ gazæ adminiſtratio apud Regia Hiſpana Conſilia.

De la variacion q̃ tuuo en el Reyno del Perú en ſus principios la adminiſtracion de el Real patrimonio, entre los Reales Cõſejos de Indias, y de Haziẽda.

CVM minima Rex noſter ſua cura digna iudicauerit quæ maiora ſunt, & ad conſeruationem Imperij pertinẽtia, veluti incrementum rerum Fiſcalium; non paſſus eſt competenti ornatu vidua eſſe, & ob neglectum miniſtrorum, tam primarij, quàm inferioris gradûs imminui: Et quidem cum primis temporibus conquiſitionis Peruini Regni res Dominica eiuſque adminiſtratio adeò fuiſſet inconfuſo, vt quid in hoc tractu ageretur; Hiſpaniæ nõ innoteſceret; precipuè cũ plurima vafre, & per commentũ, nec non alia per apertum dolũ tractarentur, cæteraque ipſis adminiſtris lucroſa, & in fiſci diminutionẽ, & ſine apta metodo, & ordine eſſent expedita: cura & adminiſtratio per gradus diuiſa fuit; adeò vt ſupremo Præſidi, vel moderatori Prouinciæ in primis incumberet, deinde officialibus minoribus particulari inſtructione intra ſepta ordinat onũ; veluti ob oculos habẽre noſtro Domino, quòd accidiſſe in Ægyptiaco tractu Imperatori Iuſtiniano cõperimus, & videre eſt ex illius verbis in Edicto 13. de Alexandr. & Ægyptiacis Prouincijs, ibi: *Conſiderantes itaque, quomodo ſuperioribus temporibus, tametſi alijs locis publicæ exactiones ſatis conſtitutæ viderentur in Ægyptiaco tamen tractu adeò confuſa fuerint, vt quid in prouincia ageretur, hic cognoſci non poſſes rei conturbatum modum, atque ordinem, qui huiuſque durauit, valdè admirati ſumus.* Et ibi: *Adminiſtratores, publici exactores etiam, & præcipuè pro tempore Præſides hactenus tam non ita adminiſtrarunt, vt nemini innoteſcere poſſet, at ipſis ſolis lucroſa eſſet.* Quo alluſit Ant. de Herrera de noſtris Peruanis Quæſtoribus locutus dec. 8. lib. 7. num. 18. *Aſsimiſmo, que los oficiales de la Real Hazienda fueron ſiempre importunos, y moleſtos à los ſubditos de aquellos Reynos de las Indias, y los que mayor neceſsidad hã tenido de ſer corregidos.* Qui quidem hodie exiſtunt, *timorati, fideles, nobiles, prudentes, optimè ſibi cõſcij pro integritate mentis.* Iuxta requiſita Imperatoris in l. 1. C. de condit. in public. horr. lib. 10. *Terribiles in deuotis circa fiſcalia, manſuetiſsimi autem, & mites omnibus placidis, & deuotis.* Secundùm præcepta Iuſtin. in Auth. de mãdat. Princip. collat. 3. tit. 3. Nouell. 17. *Viri opinionis bonæ, & dignitate ornati.* Vt in Nouell. de Collatori 128. cap. 18. præcipuè præpoſiti arcæ Regali ciuitatis Limenſis.